Trac. Mat. de Afflictis.

Matthevs de Afflictis.

Excellentiſſimi legũ interpretis dñi Matthei de Afflictis Neapolitani de Iure Prothomiſeos perutilis Tractatus/cũ Summa/rijs nouiter appoſitis/⁊ Re/pertorio vnũquodq; ſcitu dignũ faci li ſtilo de/mõſtrã te.

1539

Lugd. apud Jacobum Giuncti.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

¶ Tractat⁹ de iure prothomiſeos excellentiſſimi Utriuſq; Juris doctoris domini Mathei de Afflictis feliciter incipit.

¶ Conſtitutio vltima domini Federici imperatoris ꝛ ſemper auguſt. Incipit ſuper iure Prothomiſeos.

¶ Summarium.

1 ☞ Communis ager ſeu queuis alia poſſeſſio alienari non poteſt niſi his quorum intereſt prius facta denuntiatione.

2 Parentes ꝛ qui aliū debeant vocari in alienatione rei communis.

3 Jus prothomiſeos habentibus denūtiatur rei communis alienatio fienda.

4 Jus prothomiſeos qui habere nequeant.

5 Potentiores perſone qualiter et quare a tenuioribus accipere prohibeantur.

6 Jus prothomiſeos habent qui finem ſeu terminum habent.

7 Prothomeſim que habeant ꝛ que non et nu. 8.

Sancimus
1 †Amodo in omni prouincia ꝛ omni ciuitate
quod ſi quis forte ex
parentela habeat cōmunem agrum vel do
mum vel vineam vel rem immobilem
diuiſam aut indiuiſam: aut ex communi emptione vel ex alio huiuſmodi titulo vel aliquo alio modo coniunctus ꝛ
voluerit alienare predictas res ꝑ venditionem vel per emphiteoſim vel locationem non ante concedimus alienare niſi prius denuntietur illis quos
vocamus per ordinem in iure prothomiſeos.
2 †In primis vocantur parentes qui ſunt coniuncti: poſtea ſociū qui
ſimiliter ſunt coniuncti: poſt hec vocantur illi qui ſunt ſub vno ſeruitio et
3 ſunt coniuncti ex aliqua parte. †Poſt
omnes iſtos illi qui ſunt cōiuncti etiā ſi ſint extranei ſi tamē plures ſunt qui habent ius prothomiſeos omnibus denuntietur. Ut infra triginta dies ſoluendo iuſtum pretium quantum verus emptor ſine fraude debuerit vnuſquiſq; ſecundum ſuam portionem accipiat. Uerum ſi infra ſtatutum terminum pretium iuſtum non ſoluerit decetero non habeat ius prothomiſeos. Niſi quiſq; eorum fuerit in captiuitate vel fuerit deportatus vel in exilium miſſus vel ſi fuerit abſens cauſa reipublice vel ex propria cauſa ſua ſine dolo et fraude. Et ſi fuerit minor. xxv. annis. Et licet fuerint iſti abſentes eorum iuſta cauſa tamen tutores et curatores eorum vel procuratores vel defenſores infra quatuor menſes debent venire et ſoluere iuſtum pretium cum vſuris et neceſſariis expenſis et accipere ius prothomiſeos et extraneos emptores omnino repellere: et ſi neglexerint hoc facere reſtaurant de propriis ſuis quicquid incommo
4 di illi haberent. †Licet enim ſupra
diximus quod omnes vocantur ad ius prothomiſeos tamen ſi probatum fuerit quod atroces iniurias vel manus impias expoſito venditori vel eius famulo intulerint: vel ipſius ſubſtantie grauem iacturam moliti ſunt vel contra eius vitam niſi ſit etiam pecuniale damnum omnes iſti vllo modo ſine venditoris voluntate ad ius prothomiſeos veniant. Cauſa vero dotis vel donationis propter nuptias vel ſimplicis donationis et vel donationis cauſa mortis vel ex teſtamento vel ex permutatione vel ex tranſactione et parentes et extranei omnes poſſunt alienare. Niſi quis vendendo vel locando vel in emphiteoſim dando. Ideo illi qui non habeant ius prothomiſeos poſſunt exigere iuramentum emptori et venditori. Si aūt

phila.⁊.l.qui ſolidum.§.j.ff.de lega.ij. Preterea in iure prothomi.non ſoluitur niſi precium quo emit vt in hac cõſtitutione nota.qui tex.etiam facit pro hac etiam parte quia victus victori non ſoluit ſalarium pro aduocato quẽ gratis habuit vt per Bar.in.l.ſi ſtipulatus.ff.de fideiuſ.

30 ¶ †Aduerte qđ quãdo in contractu venditionis adijcitur donatio quantum ſoluit vicinus voles rem iure protho.videtur quod talis adiectio donationis nil operatur: quia quando fit mixtura quorundam contrariorum preſumitur fraus.et reuocatur res vendita.ita tenet Guil.de cu.in.l.ſi tibi decem.ff.de pact. In eo qui vendidit quadraginta ⁊ adijcitur quod ſi quid valet plus donat emptori.certe obſtante tali donatiõe preſumpta fraude reuocatur res vendita.l.ij. C.de reſcin.vendi.Bald.de Peruſio.

¶ FINIS.

¶ Explicit perutilis quotidianus ac practicabilis Tractatus de iure prothomiſeos doctiſſimi iureconſulti domini Matthei de Afflictis Neapolitani:ac famoſiſſimi in toto orbe terrarum doctoris domini Baldi de Peruſio. Impreſſum Lugduni per Benedictũ Bõnyn. Anno ſalutis.1539.

¶Vicinus volens fundum vendere an ſufficiat qualitercunq; vicino denunciaverit.in.§.pater.nu.7.fo.xlviij.
¶Vicinus an preferatur domino in venditione rei cenſualis vel emphiteoticæ.in.§.pater.nu.8.fo.xlviij.
¶Vicinus non habet ius congrui in via publica a rege vendita.in.§.eſt auté.nu.43.fo.x.
¶Vicino a iure congrui excluſo cenſentur excluſi parentes & conſanguinei.in.§.licet enim.nu.59.fo.xxx.
¶Vicino nõ preiudicatur per id quod ablatum a contrahentibus in penam fiſco applicatur.in.§.niſi quis.numero.27.fo.xxxv.
¶Vicini equaliter propinqui qualiter ad ius congrui perveniãt.in.§.pater.nu.14.fo.xlix.
¶Vicini habentes equales coniunctiones pro equali portione ad ius prothomiſeos admittũtur.in.§.idem de ipſo.nu.9.fo.xlij.
¶Villa ſub civitate continetur et ad onera civitatis tenetur.in conſti.princip.nu.3.fo.viij.
¶Univerſitas an poſſit in via publica ſervitutem imponere.in.§.eſt autem.nu.9.fo.xiv.
¶Uſufructuarius an ſit vicino preferendꝰ in emptione proprietatis.in conſti.princip.nu.56.fo.xv.
¶Uſufructuarius an preferatur vicino in emptione proprietatis.in.§.pater.nu.9.fo.xlviij.

¶Finis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA